

**Quaedam de morbis cerebri organicis et observatio steatomatis in cerebro certa : dissertatio inauguralis medica ... / auctor Car. Frid. Eduard Kramer.**

**Contributors**

Kramer, Karl Friedrich Eduard.  
Friedrich-Wilhelms-Universität Berlin.  
Royal College of Surgeons of England

**Publication/Creation**

Berolini : Typ. Ioannis Friderici Starckii, 1829.

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/bq4kbazq>

**Provider**

Royal College of Surgeons

**License and attribution**

This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

QUAEDAM DE  
**MORBIS CEREBRI**  
**ORGANICIS**  
ET  
**OBSERVATIO STEATOMATIS IN**  
**CEREBRO CERTA.**

**DISSERTATIO**  
**INAUGURALIS MEDICA**  
QUAM  
CONSENSU ET AUCTORITATE  
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS  
IN  
**UNIVERSITATE LITTERARIA**  
**FRIDERICA-GUIELMA BEROLINENSI**  
UT SUMMI  
IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES  
RITE SIBI CONCEDANTUR  
DIE XXVI. M. SEPTEMBRIS A. MDCCCXXIX.  
H. L. Q. S.  
PUBLICE DEFENDET  
A U C T O R  
**CAR. FRID. EDUARD KRAMER**  
BEROLINENSIS.

OPPONENTIBUS:

*H. KNIPFER, MED. ET CHIR. DD.  
F. HAUCK, MED. ET CHIR. DD.  
E. SCHMIDT, MED. ET CHIR. CAND.*

ACCEDUNT TAB. AENEAE II.

---

---

BEROLINI,  
TYPIS IOANNIS FRIDERICI STARCKII.

на макар  
иеребри  
а го я о

и ветвотица от края  
и ветвь синий

среди синей  
а пантика листья

и зелень оливки

и зелено каштаны и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые

и зеленые яблоки и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые

и зеленые яблоки и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые

и зеленые яблоки и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые

и зеленые яблоки и зеленые  
и зеленые яблоки и зеленые

PATRI OPTIMO  
**F R I D E R I C O K R A M E R**  
USQUE AD CINERES COLENDΟ

## HASCE LITERARUM PRIMITIAS

## PÍO GRATO QUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.


omnibus respirationibus non regunt sanguinem nisi omni  
tum adhuc viventem quod mei visus est, regnat  
super respiratione: his sistuntur respirationes de pulmonibus  
deinceps si sed hanc respirationem tunc in aliis et  
respirantibus animalibus servit respiratione: si  
autem respiratione animalium

RUM PRIMITIAS

QUE ANIMO

D. D.

## *P r o o e m i u m.*



Pluribus materiis, de quibus scriberem, elec-  
tis et iterum rejectis, quia omnes prudenter  
tractatu et confectu difficillimas esse inveni:  
casus steatomatis in cerebro maxime memo-  
rabilis, qui in nosocomio caritatis Berolinensi,  
me in eo munere medico-chirurgi inferioris  
fungente, occurrit, dignus mihi visus est, quem  
quibusdam de morborum speciebus ad hunc  
pertinentibus praemissis enarrem. — Sin

AUCTOR.

vero his in paucis lectori non sufficiam, quo  
magis, quum jam haec materia crebro tam  
diligenter et accurate tractata sit: tamen spe-  
ro fore ut mihi ignoscat, quod his in pagel-  
lis studiorum meorum primitias ad lucem  
proferre conatus sum.

ri non sufficiam, quo  
materia cerebro tam  
actata sit; tamen spe-  
, quod his in pag.  
primitias ad lucem

**M**orbos cerebri organicos vocamus, qui aut cerebri ejusque integumentorum degenerationibus, aut materiis organicis in cerebro profundo vel in ejus superficie depositis, aut pseudoorganisationibus intra cranium oriuntur.

Desorganisationes illae aut in cerebro ipso aut in capitibus ossibus et cerebri membranis exsistunt atque ratione quavis cerebro nocent. Exsudationes aut inter singulas membranarum cerebri lamellas, aut inter duram et piam matrem, aut inter integumenta cerebri membranacea et cerebrum, aut in substantia cerebri ipsa inveniuntur. Quibus praeципue fluida varia organismi extravasata, ut sanguis, lympha, serum adnumerantur, sed de his alio loco, quum et quod ad causas et quod ad morbos iis effectos maxime ab aliis cerebri morbis organicis distingui possint. Pseudoorganisationes deni-

que aut in cerebro superficiali locum tenent, ibique partim proximis ejus investimentis, partim cerebro ipsi affixae sunt, aut plane substantia cerebrali ipsa circumdantur.

Quascunque vitia cerebri organica formas praebent, his classibus quatuor amplecti possumus.

I. Cranii formatio vitiosa, qua partim cranium in universum justo crassius redditur, partim excrecentiae osseae, quae in cerebrum porrigit, nascuntur; in utroque autem casu nunc imprimendo, nunc irritando cerebrum offenditur.

II. Vitiosa membranarum cerebri formatio, et talis quidem, ut vel membranae ipsae crassiores fiant, vel massae, quae non raro admodum se extendunt, inter earum lamellas conditae sint.

III. Abnormis substantiae cerebralis qualitas.

1. Mollities cerebri totalis vel partialis, quam cum simul cerebri color non raro mutatur.
2. Induratio cerebri, quae aequa ac mollities aut totalis aut partialis esse potest, neque raro exsistit ac semper fere ex inflammatione cerebri chronica orta esse videtur.
3. Ossificationes, quae quum ex cranio originem non sumant ab illis, quas supra (ad I.) memoravi, distinguendae sunt, et cum indura matre, tum in falee cerebelli, quam vocant, sitae sunt.

IV. Tumores in cerebro, quorum nonnullas species inter se varias distinguere possumus:

1. **Tumores**, qui massa exsudata, quae lucida aut semilucida, variaeque consistentiae, neque albumini dissimilis est, orti haud raro finibus non circumscripti sub membranis cerebri, praecipue sub pia matre occurunt, crebro autem integumento proprio concluduntur.
2. **Tumores consistentiae solidioris**, quam priores, qui aut:
  - a) coloris albicantis seu subcani et albumini coagulato non dissimiles et vulgo durae matri adhaerent, neque integumento proprio conclusi sunt aut:
  - b) coloris rubelli seu russei, substantiae renum simillimi sunt et modo in hac modo in illa cerebri parte inveniuntur.
3. **Steatomata**, quae illis etiam solidiores, adipi indurato similia, ex albo flavescentia, magnitudinis variae sunt et ex variis cerebri partibus excrescere possunt. Qui tumores rariores, quam ii, quos sub. 2. a. et. b. memoravi, partim membrana propria sacciformi circundati sunt, partim ope telae tantum cellulosae cum cerebro cohaerent.
4. **Massae tuberculosae**, quae magnitudinis admodum variae partim in substantia cerebrali, partim ejus membranis affixae sunt. Rarioribus quidem morborum speciebus hasce desorganisationes adnumerare debemus, a

Reil autem et Voigtel et Abercrombie obser-vatae sunt.

5. Tumores cystici, qui magnitudine modo piso, modo ovo galli non impares, saepis-sime occurunt. Ratione eorum, quae con-tinent distinguendae sunt hae species:

a) Hydatides, quae fluidum sero similli-mum continent, et plerumque saccum-tam tenuem habent, ut saepe tactu levis-simo corrumpantur.

b) Tumores cystici, qui pus vel fluidum ei-simile continent, et certo ex inflamma-tione oriuntur.

c) Haematozystides, quae sanguinem aut sanguinis coagula in sacco continent ne-que raro nullis symptomatibus morbi gra-vioribus praegressis admodum magnae occurunt.

Species gravissima morborum cerebri organico-rum, quae nulli ordini, quos posui, adnumerari potest, hic pertinet:

Fungus medullaris, morbus gravissimus, qui cerebro occurrit, celerrime plerumque latius atque altius serpit, mox eventum pessimum adducit. Quamvis temporibus his novissimis opera quam maxima huic morbo adhibita sit, tamen adhuc ne diligentissimo quidem studio virorum ingeniosissi-

morum contigit, ut progressibus hujus morbi finem certum proscribant.

---

### Aetiology.

Conjunctio causalis cerebri morborum organicorum in obscuro quam maxime relictia est. Causam praedisponentem horum morborum nisum formativum generalem habere possumus, qui causa occasionali ut agat incitatur. Hoc igitur modo massae organicae in tela cellulosa deponuntur, haec illas circumcludit, et sensim sensimque membrana secernens fit, cuius secreta aut fluida permanent aut sensim concrescunt; atque ita pro nisu formativo vario massae illae oriuntur, quibus illa varia corpora morbosa constant. In universum igitur formationes illae recentissimae sunt, quae fluidae, sero similes apparent; quo magis autem inveterascunt, eo solidiores fiunt. Neque raro tumores inveteratissimi tandem ulcerantur. — Aetas magis proiecta (secundum Nasse aetas media) et sexus virilis organismum ad formationes illas propensum reddere videtur, desorganisationibus illis enim saepius homines aetate proiectiore, quam juvenili, saepius viri quam feminae laborant. Praeterea constitutio quaedam apoplectica iis favere videtur.

Causae occasioales morborum cerebri organi-

corum praecipue omnia, quae extrinsecus offendunt ictus, quassatio, contusio, vulnera esse videntur, omnes denique causae quae sanguinis ad caput congestionem efficiunt. Frigoris et caloris quoque commutationem subitam causam occasionalem nonnulli habent. Menstruatio suppressa, metastases exanthematicibus: scabie, morbillis, scarlatina et cet. suppressis ortae, sicuti quoque dyscrasia scrophulosa, syphilitica atque alia hujusmodi, puris denique aliorumque secretorum metastases morbos cerebri organicos quin afferant dubium fere esse non potest. Eodem modo tumores in cerebro ex encephalitide acuta vel chronica orti inveniuntur.

---

*Symptomatologia.*

Symptomata morbos illos comitantia minime tam certa sunt, ut ex iis formationum illarum abnormalium speciem certam et definitam cognoscere possimus: saepe adeo difficilellum est dicere, an omnino morbus organicus adsit, necone. Quae difficultas etiam major fit, si ut non raro accidit, omnia symptomata preriodum quandam sequuntur, ita ut remissiones medicamentis adhibitis forte apparentes medico morbi sedem loco omnino alio investigandam esse persuadeant.

In universum vitia organica adesse haec symptomata indicant;

1. Dolores capitis permanentes et vehementes, qui sede, gradu, modoque variant, saepe periodum quandum tenent, ita ut paroxysmis vehementibus remissiones et intermissiones adeo interponantur. Interdum etiam hi dolores pungentes sunt. Saepissime hos dolores ex abdomen ortos putamus, quia saepe signa adsunt, quae ortum talem manifestare videntur, attamen hoc habent insigne, quod motus, strepitus, labores et cet., praecipue autem vini usus et aliorum systema vasorum incitantium dolores vehementiores reddunt, id quod in difficultatibus gastricis omnino non occurreret.
2. Congestiones sanguinis ad caput, quas adesse color faciei, calor oculorum, pulsus sati certo indicant.
3. Affectiones molestae, quae plane characterem gastricum prae se ferunt, dum alia signa saepe tam levia sunt, ut nihili aestimentur vel omnino non observari possint. Aegrotus male dormit, cibi taedium habet, frequenter vomitu nauseoso non antecedente laborat. Haec quoque symptomata pecidice intrare solent.
4. Organorum sensuum perturbationes, visus, auditus, saporis, odoris, quae eo gravior-

res fieri solent, quo magis morbus inveterat. Qua ratione coecitas completa non raro tumorem in cerebro adesse, et nervo optico insultare, nobis demonstrat. Pupillam utramque hoc in casu aequaliter dilatatam invenimus, tum vero etiam, dum altera ambitum normalem aut minorem praebet, alteram multo majorem videmus.

5. Perturbatio mentis, infirmitas memoriae, ingenii, stupor, amentia, furor transitorius et permanens.
6. Convulsiones, quae aut solae aut una cum symptomatibus jam supra descriptis junctae apparentes saepe epilepsiae paroxysmis simumillimae sunt, crebro occurunt aut in morbi exacerbationibus se ostendunt, neque levibus affectionibus apoplecticis vel tetano dissimiles sunt.
7. Affectiones paralyticae, quae partim paralysin partium singularum, vel systematum, partim hemiplegiam vel paraplegiam se praebere possunt, atque id insigne prae se ferunt, quod sensim sensimque, nec repente ut in aliis affectionibus paralyticis fieri solet, intrant et crescunt.
8. Affectiones apoplecticae, quae saepe facile evanescentes, non raro redeunt et periculum majus afferunt. In his aegrotis plerumque habitualis gravitatis sensus in capite inveni-

tur, saepe vertigine laborant, aut haec quoque est habitualis, ut in eundo semper sustentari debeat.

9. Pulsus denique nonnulla signa observatione non indigna praebet, quum saepe aliis symptomatibus medico cerebri morbum adesse non indicantibus, ad hunc medici animum advertant. Praecipue hac in re discrepantia pulsus ab aliis symptomatibus maximi momenti habetur. Saepe frequens, plenus, inaequalis, intermittens, saepe autem tardissimus et parvus, aut quamvis frequentissimus, maxime debilis, tremulus, tangenti vix percipiendus est.

---

### *P r o g n o s i s*

in omnibus cerebri vitiis organicis mala esse debet, quod symptomata omnia in morbi initio, ubi medicus fortasse auxilium afferre posset, tam incerta sunt, ut morbus raro is habetur, qui re vera est. Si contra haec signa magis se manifestant et molestiae augentur, plerumque tempus sanandi praeterlapsum est, aegrotus celerius vel tardius mortem occubit. In degenerationibus cerebri superficialis tardior esse solet decursus, quam si illae in cerebro profundo inveniuntur. Forsitan situ quoque in

cerebro et organorum dignitate, quibus adjacent varius morbi decursus efficitur.

---

*Therapia.*

Quantam difficultatem medicum in morbis his organicis cerebri sanandis vincere oporteat, jam ex iis, quae supra in symptomatologia et prognosi proponimus perspicuum est, sicuti etiam morbum jam plane evolutum medici vel maximam operam irritam reddere. Ne hoc quidem facile nobis contingit, ut morbus quominus altius serpat, prohibeamus, aut symptoma leviora reddamus. Prae omnibus igitur medicus, ne morbus talis oriatur caveat, congestiones igitur ad caput prohibeat, irritationi cerebri inflammatoriae accurate et diligenter et quidem ratione antiphlogistica medeatur, et ne recurrat curatione secunduria non minus diligenti evitet, exanthe- mata suppressa revocet, dyscrasias, quae materias ad caput alias pellere videntur, mature et apte tollat; si pars secretoria secernere desinit et metas- tases ad cerebrum timendae sunt, ut denuo secer- net operam det etc. Sin autem morbo organico jam plane evoluto irritatio inflammatoria occurrit, me- thodo antiphlogisticae venaesectione, hirudinibus, su- perinfusionibus frigidis aliisque medicamentis anti- phlogisticis statim satisfaciendum est, sin autem

mor-

morbus characterem magis chronicum praebet, methodus derivatoria et antagonistica medicamentis laxantibus, fonticulis, setaceis, cauteriis (ferro candente ad nucham et ad bracchium) maximam nobis sanandi spem dare potest, sed ne his quidem medicamentis semper morbo fines certos ponere possumus.

---

### *Historia morbi.*

Julia Schlemmer, undeviginti annos Berolini natus, constitutione haud quidem firma, tamen morbis infantilibus superatis usque ad annum viginimum semper valetudine imperturbata gavisa est, menstruatio ejus sola, quae in aetata ut solet incepit, semper fuit irregularis et jam novem ex mensibus plane non apparuit. Parentes semper fuisse sanos, et nominatim molestias ejus morbo similes nunquam pertulisse dixit. Aegrota ipsa spasmis similibus epilepticis primum terrore vehementi ortis est tentata, qui praecipue extremitates superiores corrupperunt. Pollicibus firme compressis et sibi plane inscia manibus palpitavit. Nonnullis quidem momentis accessus transiit, tamen hoc ex tempore singulis diebus rediit, quam ob causam a proprinquis nosocomio caritatis Berolinensi adducta est.

Hic in primis quattuor diebus affectionibus

gastricis exceptis, quae curae, simplici mox cesse-  
runt, nulla morbi alicujus symptomata se ostende-  
runt, et modo die quinto iterum spasmorum  
paroxysmus advenit, qui tum quoque se epilepticos  
esse docuerunt.

Hoc ex tempore accessus aliquantum frequen-  
tes, intervallis indefinitis redierunt, atque ita qui-  
dem ut in hebdomade duo vel tres paroxysmi ani-  
madverterentur, qui autem erant modice graves.  
Sed tempore, quo menstruatio accedere debebat,  
graviores siebant. Simul aegrota inclinationem alvi  
adstrictae magnam et assiduam ostendebat, qua ex  
causa remedia dabantur, quae hanc removerent et  
menstruationem adducerent — Catameniorum resti-  
tutio tamen longius per tempus non contigit, usque  
tandem cura per octo hebdomades continuata (initio  
mensis Junii. 1828) nonnulli mensium prodromi  
apparuerunt, tunc post quatuor hebdomades fluor  
menstrualis modice copiosus sese ostendit.

Nihilominus spasmorum paroxysmi in hebdo-  
made semel aut bis repetebantur, ita quidem, ut  
spasmi primum in brachio dextro oriri et ab hoc  
ad partes corporis ceteras promoveri solerent, quam  
ob causam (sub finem Mensis Julii) ad bracchium  
dextrum moxa applicata et ejus suppuratione suspen-  
tata est. Quae quidem cura initio successum feli-  
cissimum habere videbatur. Valetudine universalis  
optata, diutius, quam per tres hebdomadas nullum  
spasmorum habuit paroxysmum.

In altero autem Mensis Augusti dimidio intentionibus corporis iterum spasmi omnino tales, quales antea fuerunt, adducebantur, et nunc diversis temporibus quidemque sic repetebantur, ut bracchium dextrum solum occuparent.

Mense sequente hoc in bracchio spasmi persaepe conspecti sunt, et modo magis musculos extensores modo magis flexores corripientes bracchium et manum circa axin verterunt. Impetus hujusmodi singuli mox transierunt, pluries autem singuli deinceps et saepe gravissimi redierunt. Sintiam mentis potestas non plane omissa, tamen admodum fuit obnubilata.

Plura remedia, ut hunc spasmum partialem removerent adhibita, fuerunt frustranea. In medio mensi novo menstruationis molimina apparuerunt, pellentia iterum hanc ob causam data, menstruationem parcam protulerunt. Nonnullos dies postea paroxysmus epilepticus gravissimus occurrit, et nulla habita ratione curae diligentissimae per longius tempus in intervallis irregularibus pluries apparuit, quidem ita, ut spasti nunc semper ad totum corpus, ad collum quoque et pectus pertineant.

Initio Mensis Novembris spasti capitis vehementes apparuerunt, inter quos mentis omnino non fuit compos, et qui semper mox spasmis in pectore et collo consociabantur, quibuscum conscientia sensim sensinque redibat.

Hoc modo status aegrotae per longius tempus idem erat, usque die XV. Mensis Januari 1829, spasmis in capite iterum vehementibus exortis, status soporosus remanebat, ex quo aegra sinapismis identidem applicatis modo per nonnulla momenta excitabatur, tamen modo verba pauca debili miseraque voce producebat, et tum, quamquam alta voce cum ea loquebantur, abdormiscebatur. Hoc in statu cibos solidos sumere omnino non poterat, neque fluida quidem nutrimenta iustillari poterant. Pulsus erat minimus, debilissimus simulque paululum tardior quam esse solet. Omnia remedia plane erant frustranea, et quisque dies fidem reddidit majorem, hic vitium adesse organicum, quod diu timebant. Laxa et ulla sine firmitate in lecto jacebat, sine ullius partis motu. Tentamine eam vocando vel concutiendo e somno excitandi constituto oculos quidem plerumque recludit, nunquam autem quopiam direxit. Interdum quoque linguam muco tenaci ex albo flavescente paululum obiectam ostendebat. Pupilla modo utroque in oculo aequa dilatata, modo altera contracta altera aequa erat dilatata.

(D. XX. Mens. Januarii) Aliquot post dies capitatis temperies ad hoc usque tempus normalis, genis rubescentibus, aucta est. Pulsus antea tardus, parvus ac debilis, nunc frequentior factus modo octaginta modo nonaginta in sexagesima horae parte pulsationes habuit, semper tamen permansit debilis.

Cute vero calida et sicca, et aegrota per pauca edente, alvi ac urinae excretio parca et rara fuit. Nihil aegra conquesta est, nullo modo dolorem vel molestiam significavit nec vescam nec potum petiit, omnino nihil locuta est. Vires singulis diebus magis magisque collabi videbantur.

Aegrotae, ut nutriretur, interdum vinum, cofea, et jus carnium instillabantur et praeter remedia hucusque adhibita, calore ac rubore soporeque crescentibus, hirudines prope aures applicabantur et aeque superinfusiones frigidae capiti tepido in balneo instituebantur.

(D. XXVIII. Mensis Januarii) Status morbi sensim magis magisque pejor fiebat, aegra de somno plane non exitabatur, oculos quoque non recludebat, virium callapsus et corporis macies singulis diebus crescebat. Caput ardens, facies rubicunda, cutis sicca atque calida, pulsus parvus, debilis, frequens, lingua muco denso, tenaci, ex albo flavescente obiecta, os muco impletum, respiratio tarda, gravis, saepe oppressa vel stertorosa.

(Die XXXI. Mens. Januarii) Cura maxima cum diligentia sine ulla in re ipsa mutatione continuabatur. Incitantibus extrinsecus adhibitis, praecipue sinapismis alternatim ad pedes, suras, latera femorum interna applicatis, aegra interdum quamquam modo per breve temporis spatium paululum vigilior fieri videbatur. Praecipue notatu fuit dignum, quod aegra matutino tempore et ante me-

ridiem facilius suscitari et hoc in tempore quoque aliquot fluida sumere poterat, interdum adeo verba nonnulla faciebat, contra post horam duodecimam semper sopore altissimo tentabatur.

(Die VIII. Mens. Februarii). Nulla in re ipse mutatio. Singulis in casibus ante meridiem aliquot ex aegra de statu ejus morboso experiri poterat. De doloribus colli levibus et gravitatis sensu in capite conquerebatur, et aliquot sumptis fluidis paulo post semper in priorem inscientiam incidebat. Collapsu virium crescente pulsus parvus ac debilis permanebat, semper autem frequentior fiebat; facies rubicunda, caput calidum, pupillae inaeque dilatatae, excretio alvi et urinae involuntoria. Remediis prius adhibitis fomenta capitis frigida pluries per diem adjecta sunt.

(Die XVI. Mens. Febr.). Morbus impeditus progrediebatur, aegrota vix e somno excitari poterat, neque loquebatur. Nutrimentorum deglutitio instillatorum fiebat difficilior, pulsus multo frequentior, usque ad centum pulsationes in sexagesima horae parte augebatur, cutis calida ac sudore tenaci obiecta, facies rubicundior, caput ardens; et in collo anteriore subrubra intumescentia adspiciebatur, cuius tactus fortior aegrotae nonnullos dolores facere videbatur; itidem fauces rubescabant ac intumescebant, quodcirco hirudines ad collum et postero die quoque ad frontem applicabantur, quibus aegra

paululum sibi conscientia siebat, non tamen vocem edidit.

(Die XX. Mens. Febr.). Conscientia partim revocata mox iterum amittebatur, color capitis et rubor vigens faciei hirudinibus pluries ad frontem applicatis et fomentis frigidis vix paululum mitigabantur, sopor altior atque durior fiebat, quam antea, pulsus frequentior usque ad centum et viginti pulsationes, parvus et saepe intermittens. Totius corporis superficies sudore copioso et tenaci obtecta, nutrimenta et medicamina instillata minus glutiri quam quasi in ventriculum decidere videbantur, respiratio fiebat celerior, anxior, oppressior, et sono crepitante stepenteque erat comitata.

(Die XXIII. Mens. Febr.). Omnia morbi symptomata semper magis magisque ingravescebant, et sopor altus, quo aegra erat oppressa nullo quoque momento ne singula quidem voce est interpellatus, usque noctu demum (ad diem XXIII. Mens. Febr.) mors est consecuta.

---

### Sectio cadaveris

a Cel. Schlemm, Illustr. Rudolphi praesente, constituta haec praebuit:

In cavo cranii dissecato tumor est adspectus, cuius diameter pollicem et supra, adaequavit qui profundam in cranium impressionem efficerat. Explora-

tio diligentior tumorem a superficie ad cerebri substantiam eo usque extendi docuit, quo cornu posterius et cornu laterale ventriculi cerebri sinistri conveniunt. Tumoris ipsius forma fuit oblonga, et ejus diameter a superficie anteriore ad posteriorem duos pollices et duas lineas, a superiore ad inferiorem pollicem et decem lineas et a latere dextro ad sinistrum itidem pollicem et decem lineas adaequavit. Tumor steatomatibus fuit adnumerandus, ejus substantia omnibus in partibus eadem, maxime similis, ut Illustr. Rudolphi dicit ovariorum steatomatibus albis sic dictis. Iuxta latus dextrum vesicula sero impleta sita est, quae tela cellulosa tumoris est adjuncta. In cerebri ventriculis paululum fuit aquae. Partes cerebri ceterae, ut esse solent, repertae sunt. Extensio atque structura solida tumorem originis veteris esse docuerunt.

In ceteris corporis partibus omnia normalia aspecta sunt.

Steatomatis praeparatam in museo anatomico universitatis litterariae Reg. Fridericae Guilelmae est conservatum.

perficie ad cerebri sub-  
cuit, quo cornu posterius  
cerebri sinistri convenienti.  
blonga, et ejus diameter  
posteriorem duos pollices  
ad inferiorem pollicem  
dextro ad sinistrum iii.  
eas adaequavit. Tumor  
andus, ejus substantia  
, maxime similis, ut  
rum steatomatibus aliis  
um vesicula sero impleta  
tumori est adjuncta. In  
fuit aquae. Partes ce-  
t, repartae sunt. Ex-  
tumorem originis vete-  
bus omnia normalia ad-  
in museo anatomico  
Fridericae Guilemae

## Libri, quibus in eleboranda dissertatione usus sum.

---

J. Abercrombie's. *Untersuchungen über die Krankheiten des Gehirns und Rückenmarks.* Aus dem Engl. von Busch. Bremen 1829.

Baillie's *Anatomie des krankhaften Baues etc.* Aus dem Engl. von Soemmering. Berl. 1794.

Calow. *De tumoribus cerebri.* Diss. inaug. Berol. 1826.

Hammer. *Observationes novae tumorum morbosorum in cerebo.* Diss. inaug. Lips. 1818.

Hertel. *De cerebri et meningum tumoribus.* Diss. inaug. Berol. 1814.

J. F. Merckel. *Handbuch der pathol. Anatomie.*

Meyer. *De cerebri tumoribus.* Diss. inaug. Berol. 1829.

Morgagni. *De sedibus et causis morborum.* Lugd. Rat. 1767.

Otto. *Handbuch der pathol. Anatomie.* Breslau. 1813.

Otto. *Neue seltene Beobachtungen zur Anatomie etc.* Berl. 1824.

Reil. *Memorab. clinic. medic. pract.* Halle 1790 — 95.

Rhodius. *De amaurosi cranii osteosteatomate effecta.* Diss. inaug. Berol. 1829.

L. Rostan. *Untersuchungen über Erweichung des Gehirns.* Uebersetzt. von Fechner. Leipzig. 1824.

Soemmering. *Zusätze zu Baillie's Annat. etc.* Berlin. 1794.

Voigtel. *Anhang über Geschwülste im Gehirn zu Abercrombie's Krankheiten des Gehirns etc.*

Dess. *Handbuch der pathologischen Anatomie.* 3. Bände. 1804 — 5.

---

## TABULARUM EXPLICATIO.

---

Tab. I. Cerebri integumentis liberati superficies superior.

A. Cerebri hemisphaeria.

B. Tumor steatomatosus.

a. Vesicula sero impleta prope tumorum sita.

Tab. II. Cerebrum longitudinale dissecatum.

A. Corpus callosum dissecatum.

B. Tumor dissecatus.

a. Vesicula sero impleta prope tumorem.

b. Plexus choroid. lateralis.

C. Cerebellum.

## VITAE CURRICULUM.

---

Ego, Carolus Fridericus Eduard Kramer, Berolini anno MDCCCVI die XIX mensis octobris natus a patre Friderico Kramer et a matre e gente Heilandiana, cuius mortem praematuram jam annos quindecim lugeo, confessioni evangelicae addictus sum. Primis literarum elementis imbutus, Gymnasio Berolino-Coloniense et tunc Gymnasium Iohannicum frequentavi, et hic literis, quae ad studia academica viam muniunt, incubui.

Anno MDCCCXXIV Mens. Octobris alumnis instituti regii medico-chirurgici Friderico-Guilemiani adscriptus sum et per quadriennium hisce Celeb. et Illustr. virorum paelectionibus interfui.

Cel. Wolff et Illustr. Hegel hodegeticen, logicen et psychologiam, Illustr. Rudolphi encyclopediam medicam, Illustr. Link botanicen et historiam naturalem mihi tradiderunt. De physico, chemia

et pharmacia Illustr. Hermbstaedt et Mitscherlich et Cel. Turte praelectionibus adfui. Anatomiam generalem et comparatam, nec minus osteologiam, splanchnologiam, anatomiam organorum sensuum et artem cadavera rite dissecandi Illustr. Knape et Rudolphi me docuerunt. De physiologia Illustr. Rudolphi et Cel. Eck, de pathologia generali et de semiotice Ill. Fr. Hufeland, de pathologica speciali, de morbis psychicis et de morbis syphiliticis Ill. Horn, de therapia generali et speciali Ill. W. Hufeland et Fr. Hufeland, de ophthalmiatrica Cel. Juengken, de fontibus medicatis et de auxiliis in subito vitae discriminibus Ill. Osann audivi. Celsi et Burserii Libros Cel. Hecker mihi interpretatus est. Materiam medicam Ill. Osann, toxicologiam Illustr. Link artem formulas medicas concinnandi Ill. Knape et Cel. Casper mihi explicaverunt. De chirurgia generali, arte obstetricia et ossium fractorum et luxatorum cognitione Ill. Kluge, de chirurgia speciali Ill. Rust, de akiurgia Illustr. de Graefe, Rust et Kluge et de medicina forensi Ill. Knape mihi fuerunt praceptoribus. Fascias rite applicandi artem Ill. Kluge me docuit. Clinicum chirurgicum duce Illustr. Rust, Clinicum chirurgico-ophthalmiatricem duce Illustr. de Graefe et Clin. ophthalmiatricum duce Cel. Juengken, Clinicum medicum duce Cel. Neumann et duce Illustr. Bartels, Policlinicum duce Illustr. Hufeland et Osann et Cel. Busse frequentavi.

Hisce studiis peractis medico - chirurgi inferioris munere in nosocomio caritatis Berolinensi per annum functus sum.

Tentamine philosophico, tentaminibus medicis et examine rigoroso coram Gratioso medicorum ordine absolutis spero, fore ut dissertatione, quam conscripsi et thesibus rite defensis summi in medica et chirurgia honores mihi concedantur. Quibus factis, ut medico - chirurgi inferioris munera apud milites suscipiam Potestampium me conferre jussus sum.

— 92 —

— secundum ipsiusmodi collationem videretur nihil nisi  
— quod inveniendis rationibus elementorum ad modum ali-  
— vorum etiam ratiocinatio exponatur. — autem rationes inveni-  
— eruntur secundum modum colligendis rationibus. —  
— ex ratione autem secundum modum exponit ratiocinatio in-  
— ventio, ratiocinatio invenit, ex quo ratiocinatio colligendis  
— rationibus, rationibusque utrūque secundum modum inveni-  
— endi rationibus illis rationibus ratiocinatio inveniendis  
— rationibus secundum modum colligendis rationibus inveni-  
— endi rationibus illis rationibus ratiocinatio inveniendis

## THESES DEFENDENDAE.

### I.

*Inflammatio sthenica pleonasmus, asthenica  
contradictio.*

### II.

*Abscessus quisque magna incisione aperiendas.*

### III.

*Sententia: „post coenam stabis vel mille pas-  
sus meabis” vera.*

### IV.

*Scirrhus mammae amputationem non indicat.*

V.

*Inter amputationis contraindicationes non referenda est febris hectica.*

VI.

*Neque medicamen, neque venenum absolutum.*

EFENDENDAE.

I.

*ica pleonasmus, asthenica*

II.

*magna incisione aperiendas.*

III.

*enam stabis vel mille per-*

IV.

*amputationem non indicat.*

18 -  
Avi yea vayalibayla vayalibayla vayalibayla  
avayalibayla vayalibayla vayalibayla

ab. I.





*Tab. II.*

